lotis et aliam summam ad dotalitij Quinquaginta Florenorum pollonicalium inscri
bit Reformat et assecurat more aliorum dotalicionum hoc in Regno Pollonia obser
vari solitorum Hac sua personali recognitione in pmissis mediante.

Inter eosdem Mutua Advitalitas.

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus pltr Comparentes Nobilis Joannes olim Erazmi Biszerski ab una Et alis Anna filia olim Alberti Fraska Consors eius partibus ab altera sani mente et corpore existentes palam pace ac libere Recognouerunt et quilibet eorum suo pro interesse Recognouit Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam Advitalitatem acusum fructum omnium et singulorum bonorum suorum nobillium et immobillium summarumque quarumuis peccuniariarum in haereditate villa Osnola et alibi ubiuis locorum consisten nunc habitorum et in post fauente diuina clementia habendorum ad extrema uitae sua tempora inscribunt et concedunt tali videlicet modo Quod si prius de hac luce Deo volente Nobilem Valentinum Joannem Bisierski prius modernam consorte eius nobilem Annam Fraskowna decedere contigerit Extunc ipsa Bona eius omnia nobillia et immobillia in haereditate ipsius villa Osnola et alibi ubius consisten super ipsam maritus hoc modo quouis ac iuris titulo Concernen cum uniuersis attinentiis generaliter omnibus ac in specie singulis utilitatibus fructibus prouentibus nullis exceptis iure aduitalicio tenebit et possidebit ac illis usque ad extrema uitae sua tempora utifruetur Post mortem uero ipsius bona eaque omnia in successores eiusdem mariti devolventur Simili etiam modo si prius ipsam Nobilem Annam Fraskowna quam memoratum Nobilem Joannem Biszerski maritum eius mori contigerit Extunc ipse bona eius omnia nobillia et immobillia ubiuis locorum consisten summasque pecuniarias earumque Consortem suam quouis iuris titulo concernen quaecunque morte illius interueniente derelicta fuerint tenebit habebit possidebit illisque ad extrema uitae sua tempora utifruetur Post decessum uero ipsius bona eadem omnia in successores eiusdem consortis suae absque quauis Contradictione successorum ipsius devoluentur Hac sua personali recognitione in pmissis mediante.

Zarębÿ

Obligatio

Coram officio et actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Branscen pltr Comparens Nobilis Adamus olim Mathiae Zaręba de Zaręby Parochiae Drzą-

…hnicy